✠

BREVE

DE SU SANTIDAD

SOBRE LA REDUCCION DE ASILOS

en todos los dominios de España, y de las Indias cometida á los Ordinarios Eclesiásticos expedido á instancia de S. M.



Año 1773.

EN MADRID.

En la Imprenta de Pedro Marin.

CLEMENS PAPA XIV

ad perpetuam rei memoriam.

EA semper fuit paterna sedis apostolicæ solicitudo, ut decus, cultus, ac reverentia omni jure debita tam sacris templis, ubi rerum omnium conditor Deus in hoc terrarum orbe habitare non dedignatur; quàm domibus, locisque sanctis, & religiosis, unà cum publica Regnorum quiete, ac tranquillitate, frequentibus perditissimorum hominum delictis sæpè turbata, simul esse possent, ac invicem se respondere viderentur.

Hac itaque de re ejusdem sedis benignitas, non quidem raró, certis sub modis ecclesiasticæ clementiæ simul atque ecclesiarum decori congruentibus, eos qui nonnulla gravia facinora patrassent, a beneficio immunitatis ecclesiasticæ exclusos esse decrevit; atque piissimorum Principum petitionibus annuens juxta peculiares cujusque dominii, ac status necessitates numerum locorum, ecclesiastica immunitate fruentium, ita cohibuit, ut plura ex illis, quæ juxta veterem, ac jus-tis-

CLEMENTE XIV PAPA

para perpetua memoria.

1 LA paternal solicitud de la silla apostólica ha cuidado siempre, de que la decencia, culto, y veneracion debidos por todo derecho, así á los sagrados templos, donde Dios criador de todas las cosas no se desdeña de habitar en este mundo; como á las casas, y lugares santos, y religiosos, pudiesen conservarse, y ser compatibles con la pública quietud, y tranquilidad de los Reynos, muchas veces perturbada con los frecuentes delitos de algunos hombres malvados.

2 Por esta razon la benignidad de la santa sede, baxo de algunos modos, conformes á la eclesiástica clemencia, y al decoro de las iglesias, ha determinado, no pocas veces, excluir del beneficio de la inmunidad eclesiástica á los que cometiesen ciertos delitos graves; y condescendiendo con las súplicas de algunos piadosos Príncipes, segun las particulares necesidades de cada dominio, y estado, ha minorado el número de los lugares, que han de gozar de inmunidad eclesiástica; de

tissimam disciplinam immunitate hac gaudere debuissent, ab ea exclusa esse declaraverit.

Celeberrimæ sanè super his sunt constitutiones nonnullorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum: præsertim verò illa fel. rec. Gregorii Papæ XIV, quæ incipit : Cum aliàs nonnulli: *& alia piæ memoriæ Benedicti Papæ XIII, cujus initium est* : Ex quo divina : *ac altera rec. mem. Clementis Papæ XII, incipiens* : In supremo justitiæ solio : *ac demum altera novissima fel. pariter rec. Benedicti Papæ XIV, cujus est initium*: Officii nostri ratio ; *quæ omnibus Christi fidelibus collaudantibus, benedicentibus & plaudentibus in lucem prodierunt : Hinc a beneficio sacri asyli exclusi fuerunt in memorata constitutione ejusdem Gregorii prædecessoris publici latrones, grassatores viarum, vastatores agrorum, & qui homicidia, aut mutilationes membrorum in publicis ecclesiis, eorumque cæmeteriis committere audent, necnon proditoriè interficientes proximum suum, ac rei assassinii, hæresis, ac læsæ majestatis.*

In dicta verò constitutione ip-

de suerte que á muchos de los que segun la antigua y justísima disciplina deberían gozar de esta inmunidad, los declaró excluidos de ella.

3. Sobre esto hay notables constituciones de algunos Pontífices Romanos, predecesores nuestros; con especialidad la de Gregorio XIV Papa, de feliz memoria, que empieza: *Cum aliàs nonnulli*; y otra de Benedicto XIII, de piadosa memoria, cuyo principio es: *Ex quo divina*; y otra de Clemente XII, de venerable memoria, que comienza: *In supremo justitiæ solio*; y finalmente, otra novísima de Benedicto XIV, de feliz memoria, que empieza: *Officii nostri ratio*; las quales se publicaron con alabanzas, bendiciones, y aplauso de los fieles cristianos. Y así fueron excluidos del beneficio de asilo sagrado en la mencionada constitucion del expresado Gregorio, predecesor nuestro, los ladrones públicos, los salteadores de caminos, los que talaren campos, y los que se atrevieren á cometer homicidios, y mutilaciones de miembros en las Iglesias públicas, y sus cementerios, y los que hicieren alguna muerte á traycion, y los asesinos, y reos de heregía, ó lesa magestad.

En

ipsius Benedicti XIII prædecessoris non solùm præscriptæ fuerunt plures declarationes, & ampliationes adversùs reos eorundem delictorum; sed etiam a privilegio, atque ecclesiasticæ immunitatis beneficio exclusi declarati fuerunt quicumque homicidium animo præmeditato, & deliberato patrantes, falsarii litterarum apostolicarum, ministri montium pietatis, vel alterius publici telonii, ac banchi furta aut falsitatem committentes, ac adulterantes, vel tondentes monetas aureas, vel argenteas; ac illi qui nomine curiæ abutentes sese introducunt in alienas domos, ibique rapinas committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum.

Postmodum quoque memorati Clemens XII, & Benedictus XIV, prædecessores, suis respectivè constitutionibus præfatis non solùm leges hujusmodi ab eisdem Gregorio, & Benedicto XIII, ut præfertur, editas amplissimè confirmarunt, atque adprobarunt; sed etiam pro publico bono, ac tranquillitate status ecclesiastici novas ampliationes, & declarationes superaddiderunt, easque aptissimas ad

4 En la ya referida constitucion de Benedicto XIII, predecesor nuestro, no solo se prescribieron muchas declaraciones, y ampliaciones contra los reos de los expresados delitos; sinó que tambien se declararon por excluidos del privilegio, y beneficio de la inmunidad eclesiástica todos los que cometieren homicidio de caso pensado y deliberado, los falsificadores de letras apostólicas, los superiores, y empleados en los montes de piedad, ú otros fondos públicos, ó bancos, que cometieren hurto, ó falsedad, y los monederos falsos, ó los que cercenan moneda de oro, ó plata, y los que, fingiéndose Ministros de Justicia, se entran en las casas agenas, y cometen en ellas robos con muerte, ó mutilacion de miembros.

5 Posteriormente los mencionados Clemente XII, y Benedicto XIV, predecesores nuestros, en sus respectivas constituciones arriba citadas, no solo confirmaron y aprobaron amplísimamente estas disposiciones, publicadas por los referidos Gregorio y Benedicto XIII, como queda dicho, sinó que tambien añadieron á ellas, para el bien público y tranquilidad del estado eclesiástico, nuevas

magis, magisque coërcendam audaciam perditorum hominum, simulque populorum quietem inde assequendam, ac aliàs, prout in eisdem quatuor apostolicis litteris præfatis, quarum tenorem, & accuratissimum loquendi modum præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

Manifestæ quoque sunt, ac quidem dignæ paterna sedis apostolicæ caritate, peculiares dispositiones & provisiones, quæ interdum beneficio nonnullorum Regnorum, ac dominiorum prodierunt, juxta necessitates, ab eorum respectivè Principibus expositas, quæque accomodatæ erant peculiaribus circunstantiis, ingenio, moribus, & indigentiis cujuslibet nationis.

In solemni quidem tractatu absoluto, & subscripto in hac alma urbe nostra, die XXVI Septembris MDCCXXXVII, a Ministris Plenipotentiariis ejusdem Clementis XII prædecessoris, & clar. mem. Philippi V, dum vixit Hispaniarum Regis Catholici, tam secundus, quàm tertius, & quartus ex illis articulis adamussim provisiones ab eo-

dem

ampliaciones y declaraciones, dirigidas á reprimir mas y mas la osadía de los malhechores, y conseguir con ellas la quietud de los pueblos, y otros saludables fines, segun que mas largamente se contiene en las citadas quatro letras apostólicas, cuyo tenor, como si se insertase á la letra, queremos, que en las presentes se tenga por plena y suficientemente expresado.

6 Son tambien notorias, y bien dignas del paternal amor de la silla apostólica, las particulares disposiciones, y providencias que se han tomado, en algunas ocasiones, á beneficio de algunos Reynos y Estados, segun las necesidades que han sido expuestas por sus respectivos Soberanos, y eran conformes á las circunstancias, índole, costumbres, y exîgencia de cada nacion.

7 En el solemne tratado, concluído y firmado en esta nuestra ciudad de Roma á 26 de Setiembre de 1737, por los Ministros Plenipotenciarios del mismo Clemente XII, predecesor nuestro, y de Felipe V, de gloriosa memoria, que á la sazon era Rey Católico de las Españas; los artículos segundo, tercero, y quarto contie-

nen

dem Philippo Rege, quoad immunitatem; pro Regnis Hispaniarum petitas, atque ab ipso Clemente, prædecessore, benignè indultas, complectuntur.

Quandoquidem in eis, sub certis modo & forma, tunc expressis, præscriptum fuit ne asylus reis assassinii, læsæ majestatis, atque iis, qui adversus regia dominia ac status conspirassent, suffragari deberet; ac præterea ibidem conventa quoque fuit extensio ad prædicta Regna Hispaniarum, memoratæ & tunc novissimæ constitutionis ipsius Clementis XII, prædecessoris, incipientis: In supremo justitiæ solio; *edita pro ecclesiastico statu, quam proinde idem Clemens prædecessor suis, in simili forma Brevis, die XIV Novembris MDCCXXXVII expeditis literis ad dicta Hispaniarum Regna extendit, & ampliavit.*

Æquè insuper rejectus fuit pretextus immunitatis, allegari solitus in Regnis præfatis, juxta praxim communiter ibidem nuncupatam de Iglesias frias, *& a numero ecclesiarum immunium, sub certis modo & forma tunc pariter expressis, solitaria loca, eremi-*

nen por menor las providencias pedidas por parte de el dicho Rey Felipe V sobre inmunidad, para los Reynos de España, y concedidas por el mismo Clemente, predecesor nuestro.

8 En ellos, pues, baxo cierto modo y forma, allí expresados, se prescribió, que no debiese valer el asilo á los asesinos, á los reos de lesa magestad, ni á los que conspirasen contra los Reynos, ó contra el Estado; y además de esto en el mismo tratado quedó tambien convenida la extension á los Reynos de España de la mencionada, y entónces novísima constitucion del mismo Clemente XII, predecesor nuestro, que empieza: *In supremo justitiæ solio*, promulgada para el Estado Pontificio, la qual consiguientemente extendió y amplió para los Reynos de España el mencionado predecesor nuestro Clemente, por sus letras dadas en la misma forma de Breve, á 14 de Noviembre de 1737.

9 Igualmente se cortó el pretexto de la inmunidad, que se solia alegar en los mencionados Reynos, segun la práctica comunmente recibida en ellos, y conocida con el nombre de *Iglesias frias*; y desde entónces

mitoria nuncupata, ac rurales ecclesiæ exclusæ remanserunt.

Pari deinde benignitate ac indulgentia, tam a memorato Benedicto XIV, & a felicis recordationis Clemente PP. XIII, prædecessoribus nostris, quàm a nobis ipsis, Principum, ac Nationum petitionibus, & necessitatibus, consultum fuit, quippè quia in nonnullorum Regnorum, ac populorum utilitatem non solùm supervenerunt novæ declarationes, quoad dubia exorta circa casuum interpretationem, qui pridem excepti reperiebantur; sed etiam alia gravia delicta, non quidem comprehensa in præcedentibus generalibus constitutionibus, ab immunitatis beneficio exclusa fuerunt.

Et præ desiderio summo impediendi, quoad fieri posset, frequentia criminum, ac faciliorem reddendi eorum punitionem, juxta nonnullorum Principum vota quoad certa dominia & status, magis cohibitus fuit numerus sacrorum asylorum, exclusas declarando a beneficio immunitatis non solùm plures ecclesias rurales; sed etiam quasdam partes exteriores quarumcumque Ec-

ces quedaron excluidas, baxo cierto modo y forma (arreglada al mismo tiempo) del número de Iglesias inmunes, las que se hallan en lugares solitarios, llamadas Ermitas, y las Iglesias rurales, que están en despoblados.

10 Con igual benignidad, y condescendencia, despues, así por el referido Benedicto XIV, y Clemente XIII, de feliz memoria, predecesores nuestros, como por nos mismos, se ha atendido á las súplicas, y necesidades de los Príncipes, y Naciones en varias ocasiones; pues para utilidad de algunos Reynos, y pueblos, no solo se han hecho nuevas declaraciones, tocantes á las dudas originadas, con motivo de algunos casos ocurridos, que ya se hallaban exceptuados, sinó que tambien se excluyeron del beneficio de la inmunidad otros graves delitos, no comprehendidos en las constituciones generales precedentes.

11 Por el grande deseo de impedir, en quanto fuese posible, la frecuencia de los delitos, y de facilitar mas su castigo, á instancia de algunos Soberanos, se minoraron los asilos sagrados en diferentes dominios, y estados, declarando excluí-

 39

Ecclesiarum, necnon Capellas, & Oratoria domorum privatarum, aliorumque Principum virorum, licet suffulta privilegio Capellarum publicarum, & januam in publica via habentia, nec non Capellas arcium & castrorum, etiamsi in eis augustissimum Eucharistiæ Sacramentum asservetur, necnon turres pro campanis ab ecclesiis separatas, Ecclesiasque dirutas, & profanatas, atque viridaria, & hortos, quæ a muris circumdata, & in clausura comprehensa non essent; præterea apothecas, ac domus unitas ecclesiis, aliisque domibus religiosis inter se communicationem interiorem habentes, pariterque domos a Presbyteris, aliisque ecclesiasticis inhabitatas prope ecclesiam existentibus; exceptis solùm domibus, in quibus parochi commorantur, & quæ intùs communicationem immediatè habeant cum ecclesia parochiali, ac aliàs, prout in eisdem concessionibus, & indultis nonnullis Principibus, ut præfertur, elargitis, quorum & etiam tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Licet autem prædictæ, si-

ve

cluidas del beneficio de inmunidad no solo á muchas iglesias rurales, sinó tambien á algunas partes exteriores de qualquier iglesia, y asimismo á las Capillas, y Oratorios de casas particulares, ó de otras personas principales, aunque gocen del privilegio de Capillas públicas, y tengan puerta á calle pública; y tambien á las Capillas de los Reales, y Castillos, aunque en ella esté reservado el augustísimo Sacramento de la Eucaristía: tambien se excluyó á las torres de las campanas, separadas de las iglesias, y á las iglesias caídas, y profanadas, y á los jardines, y huertas, que no estubiesen cercadas de paredes, y unidas á ellas: además de esto se excluyó á las casas de trato, y de habitacion, unidas á las iglesias, ó á otras casas religiosas, aunque tengan entre sí comunicacion interior: á las casas habitadas por Sacerdotes, y otros Eclesiásticos, que estén contiguas á la Iglesia; exceptuando solamente las casas en que vivan los Párrocos, y que por dentro tengan inmediata comunicacion con la Iglesia Parroquial: haciendose otras declaraciones sobre el asunto, segun se contiene mas por extenso en las mismas concesiones, y

en

ve universales, sive peculiares Apostolicæ dispositiones providè & consultò editæ comperiantur, ac satis idcirco aptæ ad deterrendos, coërcendosque perditos homines censeri possent, nihilominus cum religiosissimo, atque carissimo in Christo filio nostro Carolo earumdem Hispaniarum Regi Catholico minimè sufficientes visæ fuerint ad compescendos sibi subditos populos, propter peculiarissimos eorum mores, & rationes, dum compertum habuit ex longa experientia diuturni gubernii memorati Philippi Regis ejus genitoris, & sui ipsius regiminis, quam parùm, ac fortè nihil contulerint publicæ quieti amplissimorum suorum dominiorum dictæ provisiones, quantumvis validæ, & efficaces eidem Philippo Regi a memorato Clemente prædecessore indultæ, ita ut nullus alius excogitari possit modus, neque remedium ullum inveniri, quo in regnis suis præfatis utiliter arceantur, ac impediantur tot præjudicia miseræ humanitatis, christianæ caritatis, publicæ salutis, & tranquillitatis, morumque integritatis, nisi refugiorum, & asylorum nu-

me-

en algunos indultos expedidos a instancia de los Príncipes, como ya queda dicho, cuyo tenor tambien queremos que se tenga por expresado en las presentes.

12 Y aunque las mencionadas disposiciones apostólicas, ya universales, ya particulares, han sido expedidas próvidamente, y con maduro acuerdo, y por tanto se podian juzgar por suficientes para contener, y reprimir á los hombres malvados: en medio de esto, habiéndole parecido al religiosísimo, y carísimo en Cristo hijo nuestro Cárlos, Rey Católico de las Españas, que de ningun modo son suficientes para contener á los pueblos, sujetos á su dominio, por sus particulares costumbres, é inclinaciones, constándole por la mucha experiencia del largo gobierno del referido Rey Felipe, su padre, y tambien por la del suyo proprio, quan poco, ó casi nada, han conducido á la pública quietud de sus dilatadísimos dominios las mencionadas providencias, aunque fuertes, y eficaces que se dieron á instancia del Rey Felipe, su padre, por el susodicho Clemente, predecesor nuestro; de suerte, que no se puede discurrir ningun otro modo, ni hallar otro remedio, para que en

sus

merus, quemadmodum ab antiquissimis temporibus ex usu & generali consuetudine (privilegio forsan, & apostolica auctoritate adprobata) in ditionibus regni Valentiæ diminutus admodum reperitur, ita & in omnibus civitatibus, ac locis regnorum Hispaniarum, & Indiarum, ad unum, vel duo ad summùm cobibeatur in unaquaque civitate, seu loco, habita earum, sive eorum, respectivè amplitudinis ratione condigna, ita ut pro refugio, & asylo illa reputentur, quæ proposita, & assignata fuerint ab Ordinario ecclesiastico in unaquaque ex civitatibus, locisque præfatis.

Nobis propterea idem Carolus Rex enixè, atque humiliter supplicari fecit, ut pro bono reliquarum ejus ditionum & regnorum id, quod in Valentiæ regno præfato servatur, quodque ita expediens videtur ut solum, atque unicum remedium verè utile, imò necessarium sit publicæ tranquillitati, ac bono ejus dominiorum ad easdem reliquas ipsius ditiones, & regna Hispaniarum, atque Indiarum auctoritate nostra apostolica amplie-

sus enunciados Reynos se eviten, é impidan, con efecto, tantos perjuicios como sufre la humanidad, contra la caridad cristiana, bien, y tranquilidad pública, é integridad de las costumbres, sinó el de que el número de los refugios, y asilos, así como se halla muy minorado en el Reyno de Valencia desde tiempos muy antiguos, por uso, y general costumbre, (quizá aprobada por privilegio, y autoridad apostólica) así tambien en todas las ciudades, y lugares de los Reynos de España, y de las Indias, se reduzca á una, ó dos, á lo mas, en cada ciudad, ó pueblo, atendida proporcionalmente la amplitud de ellas, ó de ellos; de suerte, que se tengan por refugio, y asilo los que fueren propuestos, y señalados por el Ordinario eclesiástico en cada ciudad, ó lugar.

13 Por tanto, el mismo Rey Cárlos ha hecho, que se nos suplique, con respetuosa instancia, que para bien de los otros Reynos, y Señoríos suyos, con nuestra autoridad apostólica, se amplíe, y extienda á los demás Reynos suyos, y Señoríos de las Españas, y de las Indias, lo que en el mencionado Reyno de Valencia se observa, y parece tan conveniente, que

plietur, & extendatur.

Nos igitur justis votis ac desiderio Regis tam pii, religiosi, bonorumque morum, & honoris omnipotenti Deo, ac sanctæ ecclesiæ catholicæ romanæ debiti amantissimi annuere volentes, ejusque erga hanc sanctam sedem obsequium, amorem, & in ecclesiæ juribus non minuendis singulare studium quàm maximè in Domino commendantes, ac sequentes vestigia aliorum Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum, qui præter generales, quoad ecclesiasticam immunitatem editas ad impediendos abusus humanæ malitiæ, persæpe etiam majori distinctione singularibus unius ditionis, seu regni indigentiis peculiariter consulere voluerunt ope declarationum, & definitionum, quæ eisdem ditionibus, & regnis juxta populorum mores, atque necessitates essent accomodatæ; ad quem sanè effectum nequaquam dubitarunt minuere etiam, atque admodum cohibere confugiorum numerum, & præterea nonnullas ecclesias, ac loca, quæ ecclesiastica immunitate, tam jure, quàm ex legitima disci-

que es el solo, y único remedio verdaderamente útil, ó, por mejor decir, necesario para la pública tranquilidad, y bien de sus dominios.

14 Nos, pues, queriendo condescender con la justa instancia, y deseo de un Rey tan piadoso, religioso, y amantísimo de las buenas costumbres, y de la honra debida á Dios, y á la santa Iglesia Católica Romana, y loando muchísimo en el Señor su obsequio, y amor á esta Santa Sede, y su singular cuidado en no disminuir los derechos de la Iglesia, siguiendo el exemplo de otros Romanos Pontífices, predecesores nuestros, los quales, además de haber publicado providencias generales acerca de la inmunidad eclesiástica, muchas veces, para impedir los abusos de la malicia humana, quisieron tambien proveer en particular, con mayor distincion, á las especiales necesidades de un Reyno, ó Estado, por medio de declaraciones, y definiciones acomodadas á los mismos Estados, y Reynos, segun la costumbre, y exîgencia de los pueblos; á cuyo efecto en ninguna manera dudaron minorar, y cohartar mucho el número de los sagrados asilos, y declarar por ex-

ciplina fruebantur, ab ea exclusas declarare: motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, necnon dilectis filiis, cæteris Ordinariis ecclesiasticis regnorum omnium Hispaniarum, atque Indiarum, subjectorum dominio ipsius Caroli Regis, ejusque legitimorum successorum per præsentes injungimus, committimus, & mandamus, ut quo citiùs fieri poterit, ac saltem intra annum a die, qua præsentes nostræ litteræ sibi insinuatæ fuerint, computandum in unaquaque civitate, & respectivè loco eorum jurisdictioni subjecta, sive subjecto, unam seu ad summùm duas ecclesias, aut loca ecclesiastica, juxta amplitudinem earumdem civitatum, seu locorum assignare, atque assignationem hujusmodi publicare debeant, & teneantur, ita ut in dictis ecclesiis, seu locis dumtaxat a die præfatæ publicationis in posterum servanda tantummodo erit, atque colenda ecclesiastica-

excluídas de inmunidad eclesiástica á varias Iglesias, y lugares, que gozaban de ella por derecho, y por legítima disciplina: motu proprio, pues, de cierta ciencia, y con madura deliberacion nuestra, y por la plenitud de la potestad apostólica, á todos nuestros venerables hermanos, y á cada uno de ellos, los Patriarcas, Arzobispos, y Obispos, y á nuestros amados hijos los demás Ordinarios eclesiásticos de todos los Reynos de España, y de las Indias, sujetos al señorío del mismo Rey Cárlos, y de sus legítimos succesores, *por las presentes les encargamos, cometemos, y mandamos, que quanto mas pronto ser pueda, y, á lo mas, dentro de un año, contado desde el dia en que las presentes letras nuestras les fueren insinuadas en cada ciudad, y respectivamente en cada lugar, sujeta, ó sujeto á su jurisdiccion, deban, y estén obligados á señalar una, ó, á lo mas, dos Iglesias, ó lugares sagrados, segun la poblacion de las mismas ciudades, ó lugares, y á publicar este señalamiento; de suerte, que en las dichas Iglesias, ó sagrados, solamente desde el dia de la expresada publicacion en adelante, se habrá de guardar, y observar*

clesiastica immunitas, sacrumque asylum, juxta formam sacrorum canonum, & Apostolicarum constitutionum, neque ulla alia ecclesia, sive locus sacer, sanctus, & religiosus pro immuni habenda, sive habendus erit, quamvis de jure, & consuetudine talis per antea fuisset, ac in posterum esse deberet.

Quia verò pro comperto habemus, quod eximia pietas, atque religio ejusdem Caroli Regis passuræ minimè erunt, ut sublato beneficio immunitatis localis a tot ecclesiis, totque locis sanctis, quæ exclusæ atque respectivè exclusa erunt a cohibita declaratione per Ordinarios præfatos publicanda, illæ, & illa remanere, & haberi debeant quasi domus & viæ profanæ expositæ idcirco cuicumque incursioni, quandoque incongruæ ac minus rectæ executorum justitiæ.

Hinc eisdem ecclesiis, & locis, quamvis locali immunitate non ampliùs gaudentibus convenientem devotionem, cultum, & venerationem in posterum quoque debitam esse volumus, atque sancimus; ita ut procul absit quæcumque minus reverens ac-

var únicamente la inmunidad eclesiástica, y el sagrado asilo, segun la forma de los sagrados Cánones, y de las apostólicas constituciones; y ninguna otra Iglesia, ó lugar sagrado, santo, ó religioso, se deberá tener por inmune; aunque por derecho, ó costumbre lo haya sido ántes, y en adelante debiera serlo.

15 Y por quanto nos consta, que la gran piedad, y religion del mismo Rey Cárlos, no ha de permitir de ningun modo, que quitado el beneficio de la inmunidad local á tantas Iglesias, y á tantos lugares santos, como las que quedarán excluídas, ó excluídos por virtud de la referida declaracion, que han de publicar los Ordinarios, ellas, y ellos queden, y se reputen como casas, y calles profanas, expuestas por esto á procedimiento tal vez no correspondiente, y menos recto de los Ministros de Justicia.

16 Por tanto queremos, y ordenamos, que á las mismas Iglesias, y lugares, aunque ya no gocen en adelante de la inmunidad local, se les tenga el conveniente respeto, culto, y veneracion debida en lo por venir; de suerte, que no se haga en ellas, ó ellos ninguna accion menos reverente, ó violencia, se-

actus, aut violentia, juxta sanctissimas suasiones antiquo, universali, semperque constanti spiritu ecclesiæ infusas, atque ab eodem Benedicto XIV, in suis literis prædictis in paragrapho Illud etiam, *expositas, atque relatas.*

Ut autem facilitas extractionum cujuscumque rei, sive ecclesiastici, sive secularis, qui propter quodcumque delictum confugii causa reperiatur in dictis ecclesiis, & locis non ampliùs immunitate gaudentibus, simul esse possit cum reverentia eis nihilominus debita præscribimus, & mandamus, ut quoties personæ, sive ecclesiasticæ, sive seculares ab eisdem ecclesiis, sive locis non ampliùs immunibus extrahendæ erunt, quoad ecclesiasticos, ecclesiastica potestas per se ipsam procedere debeat, & animadversione debita rebus, & locis Altissimo consecratis: quoad laicos verò in primis urbanæ petitionis officium a ministris curiæ laicalis peragendum erit, nulla tamen adhibita scripturæ forma, & absque eo quod ipsi causam petitæ extractionis exponere debeant illi ecclesiastico, qui titulo Vicarii, seu generalis, seu foranei,

segun la santísima persuasion, infundida por antiguo universal, y siempre constante espíritu de la Iglesia, expuesta por el mismo Benedicto XIV en sus letras ya mencionadas en el párrafo *Illud etiam.*

17 Y para que pueda haber la facilidad de extraer qualquiera reo, sea eclesiástico, ó seglar, que por qualquiera delito se halle retraído en las dichas Iglesias, y lugares, que en adelante no han de gozar de inmunidad, y al mismo tiempo se guarde la reverencia, que sin embargo de eso se les debe, prescribimos, y mandamos, que quando algunas personas eclesiásticas, ó seglares, hubieren de ser extraidas de las mismas Iglesias, ó lugares, de aquí en adelante no inmunes, por lo que mira á los eclesiásticos, deba proceder la autoridad eclesiástica, por sí misma, y con el respeto debido á las cosas, y lugares consagrados al Altísimo; y en quanto á los legos, ante todas cosas, los Ministros de la Curia seglar practicarán el oficio del ruego de urbanidad; pero sin usar de ninguna forma de escrito, y sin que deban exponer la causa de la extraccion pedida al eclesiástico, que con título de Vicario, ó gene-

nei, seu quocumque alio titulo in civitate, seu loco, auctoritatem, & jurisdictionem episcopalem, seu ecclesiasticam repræsentare contingat, ipsoque absente, seu deficiente, necnon in quocumque repugnantiæ casu eadem urbana petitio alteri ecclesiastico viro, qui in civitate, seu loco, præ cæteris expectabilis sit, atque ætate gravis facienda erit; & Vicarius generalis, sive foraneus, aut aliter nuncupatus, nempe Rector, sive Parochus ecclesiæ, aut superior localis, quoties de ecclesia regularium, æquè, ac præfatus ecclesiasticus vir ita moniti, statim nulla, nec minima mora adhibita, & absque aliqua causæ cognitione permittere teneantur extractionem secularis illico exequendam a ministris potestatis ecclesiasticæ, quatenus in promptu sint, alioquin a ministris brachii secularis, semper tamen, & in quocumque casu cum præsentia, ac interventu personæ ecclesiasticæ.

Idque totum in præsentibus rerum circunstantiis præscribendum esse censuimus ad unicum dumtaxat finem, & effectum, vitandi scilicet inordinationes in actu extractionis ab

neral, ó foraneo, ó con qualquier otro, en la ciudad, ó lugar exerciere la autoridad, y jurisdiccion episcopal, ó eclesiástica; y estando este ausente, ó faltando, y tambien en qualquier caso de repugnancia, se deberá hacer el mismo ruego de urbanidad á otro eclesiástico, que en la ciudad, ó lugar sea el mas visible de todos, y de edad provecta, y el Vicario, general, ó foraneo, ó de otro qualquiera modo llamado, es á saber, el Rector, ó el Párroco de la Iglesia, ó el Superior local, siempre que sea de Iglesia de Regulares, igualmente que el precitado eclesiástico, de este modo amonestados, luego al instante, sin la mas mínima detencion, y sin conocimiento alguno de causa, estén obligados á permitir la extraccion del Secular, que inmediatamente se ha de executar por los Ministros del tribunal eclesiástico, si se hallaren prontos, y sinó, por los Ministros del brazo seglar; pero siempre, y en qualquier caso, con presencia, é intervencion de persona eclesiástica.

18 Todo esto hemos juzgado que se debe establecer en las presentes circunstancias, solo para el único fin, y efecto de evitar desórdenes en el

ab ecclesia, seu alio loco religioso, atque ut cultus, & decor Domini locis sacris, & sanctis, licet privilegio localis immunitatis non ampliùs suffultis, quoad fieri potest, in posterum quoque servetur.

Cæterum quoad ecclesiam, seu ecclesias, locum, seu loca, quæ, ut præfertur, ab Ordinariis pro immunibus assignata, & publicata erunt, sancimus, & mandamus, ut dispositiones sacrorum canonum, & apostolicarum constitutionum exactè observentur, ita ut intemerata, ac libera sint a quacumque attentatorum specie, neque ii, qui in illis se receperunt, & ad ea confugerunt extrahi inde possint, nisi in casibus a jure permissis, diligenterque servatis, circa modum extrahendi, regulis ab eisdem sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis præscriptis.

Præclaræ insuper, ac singulari pietati ipsius Caroli Regis ejusque successorum pro præcipuo Apostolici nostri ministerio debito, majori quo possumus, paterni cordis affectu in Domino commendantes, ut speciali protec-

el acto de extraer de Iglesia, ó de otro lugar religioso; y para que el culto, y honra de Dios, quanto sea posible, se guarde tambien en lo sucesivo en los lugares sagrados, y santos, aunque no gocen ya de aquí adelante del privilegio de inmunidad local.

19 Pero en quanto á la Iglesia, ó Iglesias, lugar, ó lugares, que, segun queda dicho, señalaren los Ordinarios, y serán publicadas por inmunes, ordenamos, y mandamos, que se observen exáctamente las disposiciones de los sagrados Cánones, y de las constituciones apostólicas; de suerte, que sean invioladas, y libres de qualquiera especie de atentado, y los que se acogieren, y refugiaren á ellas, no podrán ser extraídos de allí, sinó en los casos permitidos por el derecho, y siendo diligentemente observadas, en el modo de extraerlos, las reglas prescritas por los mismos sagrados Cánones, y constituciones apostólicas.

20 Por la especial obligacion de nuestro apostólico ministerio, con el mayor afecto que podemos de nuestro corazon paternal, encargamos en el Señor á la insigne, y singular piedad del mismo Rey Cárlos, y de sus succesores, que se dig-

tectione decus aliarum reliquarum ecclesiarum, ac omnium aliorum locorum, sacrorum, sanctorum, & religiosorum asserere, & tueri velint, ac curent, nec quidquam a propriis ministris justitiæ, sive a quocumque alio eorum subdito in ecclesiarum, & locorum hujusmodi dedecus, atque injuriam peragatur quod sanè, absque superni numinis offensione, absque piissimi eorum animi, & propriæ rectæ conscientiæ dolore, & absque christianorum populorum admiratione, & scandalo minimè potest evenire.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque semper ac perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissimè suffragari; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, etiam de

dignen, y cuiden de conservar, y sostener con especial proteccion el decoro de las demás Iglesias, y de todos los otros lugares sagrados, santos, y religiosos, y que por sus Ministros de Justicia, ó por qualquier otro vasallo suyo, no se execute cosa alguna en menosprecio, é injuria de estas Iglesias, y lugares; lo qual, ciertamente, de ningun modo puede acaecer sin ofensa del Altísimo, sin dolor de su piadosísimo ánimo, y de su recta conciencia, y sin admiracion, y escándalo de los pueblos cristianos.

21 Determinando que estas presentes letras, y todas las cosas en ellas contenidas, siempre, y perpetuamente sean, y hayan de ser firmes, válidas, y eficaces, y que surtan su pleno, y entero efecto, y que plenísimamente sufraguen á todos, y á cada uno de aquellos á quienes toca, y en adelante en qualquiera tiempo tocare; y que de este modo, y no de otro, en las cosas arriba expresadas se deba juzgar, y determinar por qualesquiera Jueces ordinarios, y delegados, aunque sean los Auditores de las causas del Palacio Apostólico, ó Cardenales de la santa Iglesia Romana, Legados *a latere*, y Nuncios

de latere Legatos, & Apostolicæ sedis Nuntios aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus Conciliis editis, vel edendis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque prædecessorum nostrorum literis, privilegiis, indultis, facultatibusque quibuscumque personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis

cios de la Sede Apostólica, y otros qualesquiera de qualquiera preeminencia, y potestad, que gocen, ó hubieren de gozar; quitándoles á todos, y á cada uno de ellos qualquiera facultad, y autoridad de juzgar, é interpretar de otro modo: Y declaramos írrito, y de ningun valor, si en estas cosas por alguno, con qualquiera autoridad advertidamente, ó por ignorancia se intentare algo de otra manera; no obstando las constituciones susodichas, y otras disposiciones Apostólicas, ni las generales, ó especiales, publicadas, ó que en adelante se publicaren en Concilios generales, ó provinciales, ni tampoco los estatutos corroborados con juramento, confirmacion apostólica, ó qualquiera otra firmeza; ni aun las costumbres inmemoriales, ni las letras, privilegios, indultos, y facultades de qualesquiera predecesores nuestros, concedidas á favor de qualesquiera personas con qualquiera tenor, y forma de palabras, y con qualesquiera cláusulas, aun derogatorias de las derogatorias, y otras mas eficaces que las eficacísimas, y nunca usadas, y irritantes; ni otros semejantes decretos concedidos, aprobados, é innovados de qualquie-

tis plenitudine similibus etiam consistorialiter, vel aliàs quomodolibet in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, easdem prorsus fides ubique locorum in judicio, & extra

quiera modo en contrario, motu proprio, de cierta ciencia, y plenitud de potestad, y aunque hayan sido dados consistorialmente, ó en otra qualquiera forma.

22 Todos, y cada uno de los quales, aunque de ellos, y de todo su tenor se hubiera de hacer especial, específica, expresa, é individual mencion, palabra por palabra, y no por cláusulas generales equivalentes, ó de que se hubiera de hacer qualquiera otra expresion, ó guardar para esto alguna otra particularísima forma; teniendo en las presentes sus contextos, por plena, y suficientemente expresados, é insertos, como si se expresasen, ó insertasen palabra por palabra, sin omitir cosa alguna, y por observada la forma mandada en ellos, debiendo quedar en lo demás en su fuerza, y vigor, pues solo por esta vez especial, y expresamente los derogamos para el efecto de lo susodicho, y otras qualesquiera cosas en contrario.

23 Y queremos que á los traslados de estas presentes Letras, ó exemplares, aunque sean impresos, firmados de mano de Notario público, y sellados con el sello de persona constituida en dignidad eclesiástica, se les dé, enteramente en qualquier

tra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anulo piscatoris die XII Septembris MDCCLXXII, pontificatus nostri anno quarto. A. Card. Nigronus. Locus Sigilli. ✠

quier lugar, así en juicio, como fuera de él, la misma fé, que se daría á las presentes, si fueran exhibidas, ó mostradas.

Dada en Roma en Santa María la mayor, con el sello del pescador, el día 12 de Setiembre de 1772, año quarto de nuestro Pontificado. A. Cardenal Nigroni. Lugar del sello. ✠

Certifico yo Don Felipe de Samaniego, Caballero del órden de Santiago, Arcediano de la Valdonsella, Dignidad de la Santa Iglesia Catedral de Pamplona, del Consejo de S. M, su Secretario, y de la Interpretacion de lenguas, que este traslado de un Breve de S. S. es conforme al original, y que la traduccion en Castellano, que le acompaña, está bien, y fielmente hecha: y para que conste lo firmé, y sellé. Madrid veinte y seis de Enero de mil setecientos setenta y tres.

Don Felipe de Samaniego.



